

De Andrea Juliano Papiensi Pontifice Romano
per Petrum clarissimum Pontificem Romanum

Est enim mihi Gersonum historiam per
maxima in epistola S. Hieronymi ad
Cuius inquit Pontificis Praesentis regis
omni

**Epistola nona magistri Andreae Julii
Sabini.**

re capere enim de his
republica affecta esse merito quod in his
litteris insinuat in absolutis videlicet
culpae in quibus male succedente ipsa
Cuius in materia cum satis ad scribendum
ita videtur illi coepi cogitare deinde hanc
notam effingere: quam Natio in huius
milit. Ego tamquam inter oculos obstrictus
latus sum Sed cui possim cum dicitur magis
idoneus occurrit verbo. litterarum ingenio
delectans: Accipias igitur hoc parum
culminationis post hoc deo annuente
pyritidum sacra dona ex eruditione officina
tur. Vale

¶ Andreas Fulvius Sabinus Pompeio Colūnae
heroi clarissimo/Pontifici Reatino.

Lectitanti mihi Graecorum historias perti-
nax illa interpellatio Sthenobea/ seu Antiae
(ut inquit Homerus) Prati argiuorum regis uxo-
ris occurrit/ quae Bellerophontis regii iuuenis amo-
re capta/ cum de libidine requisivit/ sed cum ab eo
repudio affecta esset/ marito quod uim sibi inferre uo-
lisset insimulauit/ absolutoque tandem iuuenis omni
culpa: re itaque sibi male succedente/ se ipsa iterumit.
Cuius rei materia cum satis ad scribendum mihi ido-
nea uideretur/ illico cepi cogitare/ ac deinde hanc epi-
stolam effingere: quam Naso in heroidibus preter-
misit. Ego tanquam anser inter olores obstrepens modu-
latus sum. Sed cui potissimum eam dicarem/ te magis
idoneus occurrit nemo. litteratorum ingeniis/ unice
delectatus: Accipies igitur hoc paruum nunc opus-
culum/ maiora post hac (deo annuente) elimatioque
pyeridum sacra dona/ ex eruditore officina mitten-
tur. Vale.

199
ASTHENOBAEA BELLERO
PHONTI.

Quã tibi mittit amãs polceit sthenobea salutẽs
Hanc nisi tu solus tradere nemo potest.
Vror in equali contracta cupidinis æstu:
Nec similis nostro est bellerophontis amor.
Vror & ingenuus pudor arguit. intimus ardor!
Pectoris audacem me facit esse nimis.
Multa uiros impune decet tractare decenter:
Nec quod ab his agitur / turpe uidetur agi.
Quod si simpliciter uideatur scemina tantum
Ausã: uel ambigua suspitione mali:
Magna pudicitie uiolatę signa sequetur /
Non sine suppliciis pena roganda grauis.
Hæc ego nam meditans mecum / mea uota repressis
Sepe pudore notis inficiente genas.
Quid non cogit amor: dubitantem sepe sub auras
Quæ reticenda prius / ferre coegit amor.
Sepe etiam libuit narrare quod anxia fibra
Intus habet / fateor / non potuisse loqui.
Mox animos audax / uire / q̃ a crimine sumpsi /
Verba q̃ mox linguam destituere meam.
Sepius amoto temeraria facta pudore /
Tentaui stimulos ipsa referre meos.
Et coram narrare tibi: coramq̃ fateri
Quod licuit tacito me reticere sinu.

Ipsa tibi melius suadebit Epistola siquid
Cor pauet/ & prohibet differuisse pudor/
Nullarum quoniam internuncia littera rerū
Erubet/ alternas ferre/ referre uices.
Perlege siquid inest/ non est hic dira lacenæ/
Colchidos aut rabidæ sanguinolenta manus.
Inspice si qua latent/ & perlege singula quæso/
Non sum sic animo despicienda tuo.
Filia sum regis Lyciorum/ & regia coniux:
Virq; mihi magno clarus Abante satus.
Antiquū nobis & multi nominis argos
Seruit/ & argiuū subdita terra mihi est.
Quæ uidet ionios: ægeos quæ aspicit æstus:
Vrbs Ephire quondam patria prisca tibi:
Hic ubi regnauit quondā celeberrimus heros
Sisyphus Eolides: Sisyphiumq; genus.
Acolus hippotades/ summi iouis inclyta proles:
Et rex uentorum/ Sisyphus unde satus.
Hic glaucum genuit: genitor tibi glaucus: olympo
Quod genus a magno est/ qd memorare iuuat:
(Nā memini) glaucus genitor tuus ampla tenebat
Regna potens Ephires/ hismiacosq; sinus.
Cenereosq; lares/ & celsa in rupe corinthon:
Cunq; eorinthiacis acrocorinthon agris.
Et quicquid tellus ostendit achaica circum
Illius antiqua sub ditione fuit.
Sed prior ingenio/ multoq; potentior armis
Prætus abantiades uir meus ipse fuit.

Qui regno: atq; opibus uictor spoliau ita uitis
 Victum & cum nato bellerophonte patrem:
 Cuius opes omnes/terraſq; ſubegit acheas:
 Teq; uiri ſeruum/mancipiumq; mei.
 Et ſemper ſeruum te regia noſtra uidebit.
 Liber eris nunq; ſi mea dicta fugis.
 Quærere ſepe modum ſolet/& compescere curas
 Rebus in anguſtis ingenioſus amor.
 Poſt tempeſtates/& nubila clarior æſtas/
 Et lux poſt tenebras/ſepe redire ſolet.
 Compedibus nexi/uinclis quoq; ſepe redacti
 Seruitio elapſi maxima quæq; gerunt.
 Iam non ut uinctus: ſi uis: tractabere ſeruus/
 Sed rege/ac regno iam potiere dato.
 Ne dedigneris miſſas ſpectare tabellas:
 Et legere audaci pectore/ſiquid ineſt.
 Forſitan inuenies/quæ te fortalle iuuabunt:
 Et poterunt animos inſinuare tuos.
 Si mea uota piis/placidisq; aſſenſibus impleſ/
 Et ſiam uoti compos ut ipſa mei/
 Et forma: qua capta: fruatur/uultuq; decoro/
 Et collum/atq; humeros crine tegente tuos:
 Coniugis ipſa mei ditiffima regna potentis/
 Omnia pollicor/pollicitata dabo.
 Regia nanq; domus/tellus Ephireia quondam
 Ampla tui glauci iam genitoris erat/
 Tu ſine laude ducum/ſceptro priuatus auito
 Seruus es/& qualem te meminiffe uelis.

Aspice regales luxus: & regia tecta:
Diuitias / & opes: magnificosq; lares:
Aspice / & ingentes populos: & menia magna:
Atq; urbes / reges unde tributa petunt.
Alipedes si cernis equos / phalerasq; nitentes:
Frenaq; cum reliquis stragula picta notis /
Cum letus sonipes spatiosa per arua citatis
Axibus / & trita puluerulentus humo.
Conscendisse ferum te delectabit / & illum
Flectere / sollicita frena tenente manu.
Sed neq; gorgoneum conscendere pegason unq;
Quiq; medusæ est sanguine natus equus.
Quem tibi fatalis lex portendisse uidetur:
Vnde eques aspicias / æthere uectus humū.
Nec tamen inuideas uolitantibus aere plumis:
Sed potius terras incoluisse uelis.
Tutior ut uiuas / & fortunatior idem /
Has tibi securas accipe letus opes.
Accipe quæ trado locupletis regna mariti /
Accipe consilium / quod tibi monstro meum.
His opibus mecum: & sceptrum potiere recenti /
Vna ut regali simus uterq; domo.
Quod nec abantiades coniunx aduertere possit /
Cantus abantiaden transfuga faller amor:
Sed nec amor penitus / licet occultetur: ut ignis
Sulphure conceptus / delituisse: potest.
Ille in me uires omnes diffudit / & arcus
Fregit: tela: faces / ceteraq; arma puer.

201

Vna tamen scisso secuit praecordia neruo
Cor penetrans medium dira sagitta meum.
Ardentes stimulos furibundo in pectore uersans
Mentem agitat furiiis praecipitemq; trahit.
Sume inquit calamos tenues scriptura tabellas:
In quibus optatum consere siquid habes.
Quodq; uident oculi cor idem desiderat ardens:
(Si nescis) oculi sunt in amore duces.
Votaq; succedent: & fortunatior hora:
Et desideriiis cuncta secunda tuis.
Scribo: utinam nostris rata sint / & prospera uotis
Omina: sit felix alea iacta mihi.
Et semel / atq; iterum meditans in uana relabor
Auspicia: & frustra tempus inepta tero.
Et tamen incipio super his / quae plurimus ardor /
Singulisq; graues / ante referre iubent.
Inclyta progenies glauci: pulcherrima proles /
Gentis aetheorum clara propago Iouis:
Me tua forma capit iocunda: & gratior aetas /
Atq; uerecundo gratus in ore decor.
Et flauii crines per eburnea colla fluentes:
Et pubescentes pube priore genae.
Et decus optatae: speciosaq; dona iuuentae:
In qua nunc robur corporis omne tuum est.
Sepe iuuat uariis spectare laboribus artus
Siue leui pugna conseruisse manus:
Siue fatigatos disco / nudare lacertos /
Cestibus aut duris infremuisse iuuat:

Aut uncta corpus nudum exercere palestra/
Aut duro pugilum concrepuisse sono.
Ista decent iuuenes: iuuenum sunt ista labores:
Hoc est conspicuum bellerophontis opus.
Grandia siue libet tractare harpasta supino
Pectore/ siue oneri succubuisse graui
Brachia seu grauibus lassare alteribus uda/
Pondere librato molis utraq; manu.
Seu cursu celeres agitare in puluere currus:
Et torquere manu frena fugacis equi.
Siue libet lato vibrare hastilia ferro:
Aut premere omniuagas cominus ense feras.
Figere siueursos/ media sublimis harena.
Vulnificiq; cupis cedere dentis apros/
Aut quocunq; modo ualidos agitaueris artus:
Ossa furens nimium nostra perurit amor.
Cui nec docta uenus: cui nec medicamina profunt
Nec profunt uerbis pharmaca mixta suis
Nec requies datur ulla mihi: non exitus ullus
Qui mea praescribat fata maligna nece.
Hei mihi/ qd demens ego te sine crimine/ nuper
Aula fui falsis insimulare dolis/
Infantesq; animos nimium credente marito
Fraudibus offendi praemeditata meis.
Exilii tibi causa fui: tibi causa pericli.
Vnde peregrinos uisere iustus agros.
Et qd ab argiuis profugus regionibus esses:
Mendicus: languens/ sordidus/ exul/ inops.

Iussus in Lyciam genitoris tecta subire
 Et pateras patris regna uetusta mei.
 A quo supplicio & pena afficereris iniqua
 Cum uacua culpa criminibusq; fores.
 Inter semiferas acies & seua leonū
 Agmina uel praue uiuere siue mori.
 Quos neq; religio nec iam patere ius apollo
 Flectere nec magnus Iuppiter ipse potest.
 Impiaq; in fontem nec te iam dextra peremis
 Nec ruit in penas ira paterna tuas.
 Sed te monstrifera diuersa pericula terrarū
 Monstra peremturum iussit adire parens.
 Inde triplex monstrum furtim superasse chimera
 Diceris & rapidas perdomuisse teras.
 Iam puidas dudum nostras peruenit ad aures
 Victorem te lisse rediisse tuis.
 Et nisi uidissem flagrantia monstra chimera
 Terrificosq; sonos flammiferumq; iugum
 Quippe uideretur dubitanti fabula uulgo
 Absq; fide & minima credulitate locus.
 Sed quoniam his oculis noctesq; diesq; coruscas
 Inspexi pauitās corde tremente faces.
 Hæc equidem fateor fama grauiora recenti
 Et magis horrendum q̄ referatur opus.
 Quod sepe aspiciens exterrita lumina pressi
 Vnde puellares intremuere sinus.
 (Te præter) nemo est ausus se credere monstris
 Talibus horronis igniuomisq; feris.

Paſs prima audacis teterima forma leonis:
Altera uilloſæ turpis imago capræ:
Deſinit in caudam rapidi pars ima draconis:
Vnde triplex monſtrū eſt dicta chimera triplex
Viribus humanis: atq; inſuperabilis armis:
Vicit at ignis edax te iaculante faces:
Quo iam finitimas longe/lateq; per urbes
Squallebat ueteri terra relicta ſitu.
Quæq; prius fuerant dirarum monſtra ferarum
Semi hominūq; horrens/capripedumq; domu
Omnia uictoris dextra/& uictoricibus armis
Reddita præſidio ſunt loca tuta tuo.
Sic & amarronios te compreſſiſſe furores:
Atq; ſecurigeras eluperaiſſe manus.
Inq; ſuos fines inſeſto Marte redactas
Exagitaſſe procul te noua fama refert.
Forſitan exemplo Alcidaꝝ/uel theleos/iplum
Inter complexus rapta puella tenet.
Thermo dontiaco iam delectatus amore:
Barbarico potius forſitan igne tepes.
Omniaq; ad uotum tibi ſucceſſiſſe fatentur
Cunctaq; iam telis ſuccubuiſſe telis.
Iam te tublimem noſtri genitoris in aula
Spectat tota cohors/precipuumq; uidet.
Te meus inde parens obfortia geſta/ualq;
Victrices contra monſtra tremenda manus
Cum te magnanimū/robuſtumq; eſſe uideres
Moribus his fama conueniente tuis/

203

Talibus his fretus natura dotibus amplis
Et nitidi specie corporis ille tui
Fertur connubiis nostram iunxisse sororem
Cum regni magna parte dedisse tibi.
Sic me despectam / sic me demum impie lusam
Deseris: inuentos spes / amor omnis abit.
Fata mihi ulterius prohibent deducere uitam:
Fatiferæq; negant addere pensa colo.
Vndiq; discrucior / cur ilq; ingentibus angor:
Grandibus erumnis exagitata trahor.
(Horresco referens) dum singula diceret entor
Et quæ dum narrem dicere longa mora est.
Nanq; meas uidi natas mugire per agros:
Et duro uaceas procubuisse solo.
Graminibus duris / & acuta carice pastas:
Quærere cœnos uidimus amnis aquas:
Sepius in uitreis spectantes cornua lymphis
Prætidæ / & formas obstupuisse boum
Taurorumq; sequi uestigia uidimus omnes:
Horum & concubitu concubuisse fero.
Interdum infurias uerti uolitantis alyli:
Sepibus / & ripis delituisse cauis.
Ne sola argolicis in saltibus Inachis io
Iunonis furiis exagitata foret /
Ipsa meas etiam natas crudelis Erinnyis
Eiusdem gentis uertit in ora boum:
Ut consanguineo roboræt clamore per agros /
Hæc sunt argolicæ fata maligna domus.

Inachis ægeos fluctus / & bosphoronaicum

Innatat / unde nouis nomina fecit aquis.

Orbe pererrato memphitica uenit in arua

Et pelusiaca candida sedit agris:

Facta dea est Ihs / magniq; Osiridis uxor:

Et colitur terris maxime nile tuis.

Quare age luctificis cum sis addicta querelis

Dura quid expectas iam schenobea moris?

Ipla mihi causas dedit ad compendia mortis

Vita pudicitiae labe notata leuis.

Dextra parata neci / ferro sedabit acuto

Pectus / ut crummas finiat ulcra graues.

Sed tu prima mei memorabere causa sepulchri

Hic in quo titulus sepe legendus erit

Bellerophontæis schenobea furoribus acta

Tartareos subiit sanguinolenta lacus.

¶ Finis.